

SYLLOGE
MONUMENTORUM,
AD

ILLUSTRANDAM
HISTORIAM FENNICAM
PERTINENTIUM.

CUJUS PARTEM VII,
CONS. FAC. PHILOS. IN REG. ACAD. ABOENSI,
PRÆSIDE

Mag. HENRICO GABRIELE
PORTHAN,

Reg. Canc. Consil. Eloqv. Prof. R. & O. Eqv. Ord. R. de Stella
Polari, R. Acad. Litt. Human. Hist. & Antiquit. R.
Societ. Sc. Upsal. &c. Socio,

Publicæ bonorum censuræ submittit

FREDERICUS WILHELM. PIPPING,

Borea-Fenno.

In Aud. Majori die II Apr. MDCCCIII.

Horis a. m. confvetis.

ABOÆ, typis Frenckellianis,

THESES RESPONDENTIS.

Thes. I.

In Doctrina Morali eam distinctionem maximi esse momenti, quam inter *Homines & Res meras* faciunt, nemo negare potest; bona enim pars officiorum, quæ nobis & erga nosmetipsos & erga alios homines observanda sunt, distinctione hac nititur, quæ de præstantia humanæ naturæ, cæteris rebus longe excellentis, simul admonemur.

Thes. II.

Hujus tamen distinctionis usum, eo usque extendendum non esse putamus, ut inde concludamus, brutorum animantium, sensu præditorum, præcipuam quandam præ rebus inanimatis, nos habere rationem non debere.

Thes. III.

Quidquid Philosophorum quidam dicant, & Legumlatorum etiam nonnulli statuerint; certum tamen est, ab una parte pœnas crudeles esse non minus humanitati quam prudentiæ politicæ adversas, ab altera autem parte pœnarum omnium capitalium abolitionem, neque rationibus Reipublicæ convenire, neque ab æquitate naturali commendari.

Thes. IV.

Causam cur Philosophi mature jam de origine mali disputaverint, variasque pro vario suo sensu conjecturas in medium attulerint, in eo quærendam esse haud obscure patet, quod mala in mundo obvia, perfectionibus repugnare summi Creatoris viderentur. Unde factum est, ut a causâ mundi plane diversum mali auctorem multi animo conciperent, varie a variis proditum.

Thes. V.

Falsam nobis inire videntur rationem, qui mali in mundo copiam longe majorem quam boni esse clamitant, adeoque in genere vitam hominum calamitatibus obrui pluribus, quam gaudiis exhilarari, existimant. Ut enim taceamus, multa quæ nobis mala videntur, revera mala non esse, sed sæpe contra utilia, licet verum usum & rationem eorum perspicere non valeamus; in bonorum numero non exquisiti tantum sensus jucundi poni debent, sed illi quoque omnes, qui efficiunt, ut existentiæ nostræ nos non pœniteat.

Thes. VI.

Proverbia, licet in vita communi sæpissime usitata, raro tamen usquequaque vera esse, vim eorum propius scrutantem fugere potest, neminem. Quod de trito etiam illo; *Patria ubi bene*, recte omnino dici putamus; quod non solum veritati haud optime convenit, sed etiam veræ amoris in patriam indoli contrariam commendat doctrinam.

Thes. VII.

Qui postquam nulla existere entia per se (substantias, vel res extra nos positas) asseruissent, tamen de existentia Dei & animorum immortalitate tuenda postea disputant, nonne ludibrio nos palam habere, videri debent?

XXIX.

Idem Episc. Hemmingo, Gregorio Styrberni & Nicolao Ericson potestatem impertit de bonis tributo Regio per fraudem substractis, ideoque sequestratis, cognoscendi, & sequestrum, ubi æquitas postularet, suspendendi.

Omibus præfens scriptum cernentibus *Magnus* - -
 - - - - mandaverimus in sequestro, (*plane ut in literis proxime superioribus*), quum ex hoc tributa notabiliter minuuntur, & aliorum juri plurimum derogatur (a); nolentes tamen quod sequestratio, si diu forte duraret, nimium fiat aliquibus onerosa, Reven-

N

ren-

(a) Causa consilii Regii justa sane ac idonea exhibetur. Jactura ex tali licentia ærario accrevit, & reliquorum civium opera augebantur. Tamen non verebantur, qui bona sua, Equo militantes tributo semel liberaverant, ea bonis tributariis cœmendis subinde augere, atque etiam ad hæc eandem libertatem temere extendere velle. Cfr. *BOTIN* l. c. N:o 19 p. 25 sq. Ad quem abusum, nec non plures alios, quibus hoc institutum patuit, tollendos & cavendos, multa postea necesse fuit adhibere consilia: Cfr. quæ ad recentiorum historiam hujus rei illustrandam attulit *Nobil. C. ADLERSPARRE* (*Afh. om Svenska Krigsmagtens — tilstånd ifrån K. Gustaf I:s död &c.*, in *Actis R. Acad. Literar. Humanior. Hist. & Antiquitt.* T. III. p. 131 sqq.

rendo ac dilecto nobis in Christo Patri, Domino Hemmingo, Divina Providencia Episcopo Aboensi, ac nobilibus & discretis viris, Domino Gregorio Styrberni, *Confiliario nostro (b)*, & Nicolao Ericson, Præfecto Aboensi, de quorum industria ac discrecione plenam in Domino fiduciam obtinemus, omnimodam tenore præfencium vice nostra tribuimus facultatem, personis *quas ad supportandum servicium (c) pro bonorum suorum libertate debitum & consuetum reppererint ydoneos moribus & eciam facultate*, usum omnium prædictorum bonorum suorum & fructuum ex eis proveniencium ex nunc libere permittendi, & sequestrum quoad ea per nos factum, sicut præmittitur, suspendendi, donec circa id aliter duxerimus providendum. Reliquis vero, qui hætenus in hiis offenderant, ad dictorum Dominorum Episcopi & Gregorii, ac Nicholai Ericson Præfecti, devotam supplicacionem, de speciali gracia indulgentes, volumus & mandamus, quod ipsi tributa nostra deinceps persolvant & alia onera, sicut cæteri tollent (leg.

(b) Hic in serie Confiliariorum Regionum a Nob. UGGLA (& Illustr. L. B. ROSENHANE) confecta desideratur.

(c) H. e. ad Equestrem militiam: erat itaque his simul delegata potestas Equitatum percensendi (*Monstra*), & eum moribus turpes, tum sumtibus, ad equum comparandum alendumque & Equitem ornandum necessariis, præstandis impares, rejiciendi.

(*leg. tollant*) & supportent (*d*); cum iniquum sit, quod nec cum *Militaribus* (*e*) seruiant & laborent, nec cum *Rusticis* subditi sint tributis. Et si omnes tres præmissis faciendis interesse non potuerint, duo ex ipsis omnia & singula jam præmissa nichilominus exequantur. Datum Ludosæ sub sigillo nostro, anno Domini MCCC primo, decima die mensis Octobris (*f*).

N 2

Ha-

(*d*) Erant nempe alias pœnæ quoque gravi obnoxii; ita ut qui per venditionem fictam dominium prædii sui in hominem Militarem (*Græssiman*) transtulerat, tributo publico sic illud subducturus, crimen peculatus, aut *furti* in ærarium publicum commississe, pœna ei crimini injuncta plectendus, ejusdem hujus Regis legibus censeretur. Cfr. LA-GERBRING I. c. P. 3, C. 7, §. 11.

(*e*) H. e. *Equitibus*, qui Equo merebant.

(*f*) Quum licentiam hac in re magnam invaluisse credi debeat, antequam Rex tam severum adhibere remedium necesse duceret; verisimile est, potentes illius temporis Optimates nec illos ab hujusmodi fraude ærario publico facienda abstinuisse: quorum itaque multi cum in culpa essent, non licuit Regi accurate & severe consilium suum, cæterum & æquum & salutare, exsequi. Nonne autem hujusmodi ejusdem conatus, ad licentiam quæ sub turbis civilibus & ejus minorennitate vehementer adeo creverat, compescendam facti, ad odium in eum optimatium acerbum conflandum, quod postea expertus fuit; haud parum cantulisse, existimandum est?

Habentur ibidem. Cfr. de his & superioribus proxime literis Regiis *Annot. ad Chronicon Juust.* p. 318 sqq. Not. 247. *Fol. Hebd. Aboënsia* a. 1785. *Append.* p. 115 sqq. LAGERBRING l. c. P. III, C. 3, §. 28. & C. 7, §. II.

XXX.

Idem immunitatem a tributis Regi debitis, prædio quod Episc. Ab. Hemmingus emerat, concedit (a).

Omnibus præsens scriptum cernentibus *Magnus Dei* gracia *Sveciæ, Norvegiæ & Scaniæ Rex*, f. in D. f. Noveritis, quod nos bona infra scripta, per venerabilem Patrem Dominum *Hemingum*, Episcopum *Aboensem*, empeionis titulo acquisita, videlicet unam marcham terræ in *Mæthelby (b)*, parochiæ *Solne*, *Upsalensis* diocesis, cum omnibus eorundem pertinenciis, nec non familiis in ipsis bonis commorantibus, sub nostram pacem & proteccionem suscipimus

(a) Ut ad lucem literis proxime præmissis uberiores comparandam, ac ad vim exponendam hujusmodi libertatum, prædiis & personis olim tributarum idoneas, has apponendas literas duximus.

(b) *Medelby*: de quo prædio ejusque fati cfr. *Annot. ad Chron. Juust.* p. 258 Not. 162 & p. 466 Not. 417.

primus specialem, dantes & declarantes bona prædicta ac familias ab omnibus censibus ceterisque solucionibus & serviciis, ad jus nostrum regium spectantibus, ordinariis & extraordinariis, talliis videlicet & impositionibus, eciam si generale subsidium de toto regno requiri contingat, ex speciali gracia, libera perpetuo & exempta: ita videlicet quod ipsis bonis plura bona tributaria adici (adjici) non debeant, emenda & sub libertatem deinceps conquirenda. Si vero communi juramento judicium nostrum infringi (c), seu in occultis homicidiis, *Mordh* dictis, vel *furtis*, quempiam de prædictis familiis evinci contingat, ista sibi nullatenus libera reddimus, sed coercicioni nostræ expresse & specialiter volumus reservari: prohibentes firmiter & discrete (*leg. districte?*) sub obtentu gracie nostræ, ne quis Præfectorum nostrorum vel Officialium, seu quivis alius, cujuscunque status existat, memoratum Dominum Episcopum aut successores suos, in bonis vel familiis ante dictis, contra hanc libertatis graciã præsumat aliquo modo molestare. In cujus testimonium sigillum meum præsentibus est appensum. Datum Stokholmis anno Domini MCCCLIII, feria 3:tia infra octavas Ascensionis Ejusdem. (D. 24 Maji 1354).

Indidem (Fol. 155) exseripsimus.

XXXI.

*Patitio inter Regem Magnum Erici & Episc. Aboëns-
sem Hemmingum de Beneficiis in quæ Jus Patro-
natus Regi competeret (a).*

Onnibus præsentis litteras visuris Magnus Dei gra-
cia Syeciaë, Norvegiaë & Scaniaë Rex s. in D. s.
Ut inter nos & successores nostros ex una parte,
ac venerabilem in Christo Patrem Dominum Epi-
scopum Aboensem qui pro tempore fuerit (b), su-
per *jure Patronatus* nobis in Beneficiis Aboensis
Dyocesis competente, omnis dissensionis materia in
perpetuum sit sublata, Nos & Coronam Regni Sve-
ciaë in infra scriptis beneficiis illius dyocesis jus Pa-
tronatus habere totum & non in partibus declara-
mus, videlicet in *Canoniam cum Præbenda de Wirmo,*
Ecclesiis Finnaström, Kumo, Ulsby, Vane (c), Borga
cum

men, de crimine violati juramenti Regii (Edebrës brott)
esse sermonem,

(a) Notum est, quam fuerint Hierarchæ solliciti de Princi-
pibus jure Beneficia Ecclesiastica conferendi, ac influxu
in negotia ecclesiæ quocumque, pro virili exuendi. Quo
autem nomine Reges Jus tamen Patronatus in non-
nulla Beneficia hic excepta acquisiverint & tueri value-
rint, nos latet.

(b) Deesse videntur verba ex altera (sc. parte).

(c) Våno, Fennice Vanaja.

eum capellis *Sibba & Pernaa, Borgaa (d), Karis, Agrapå (e) & Viborg*. Reliqua vero Beneficia, quociens vacabunt, absque quavis nostra (&) successorum vel officialium nostrorum impetitione vel molestia, libere conferat cui voluerit Episcopus Aboensis. Datum Stokholmis sub sigillo nostro, anno Domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo 2:0 (f), in crastino beati Mathei Apostoli & Evangelistæ. (D. 22 Sept. 1352).

Legitur ibid. Fol. 23. Affertur etiam in Dissert. HIL. WETTRING *de Jure Patronatus*, Præf. DAV. NEHRMAN, Lundæ a. 1733, 4:0 ed. p. 61, Not. 2. Cfr. *Annot. ad Chron. Juust.* p. 273, Not. 178, & *Fol. Hebd. Ab.* a. 1785. App. p. 117 sq.

XXXII.

*Rex Magnus Erici piscaturam salmonum in anni
Helsingensi concedit Monasterio Pades
in Estonia.*

Magnus Dei gracia Rex Sveciæ, Norvegiæ & Scaniae universis præsentis litteras inspecturis s. in
D. f.

(d) *Bierno.*

(e) *Euråpää* in Carelia.

(f) In sequentibus obvenient rationes quæ hanc pactio-

D. f. Quoniam reverendi & religiosi viri, Domini & Fratres, *Nicolaus Abbas in Padis Ordinis Cisterciensis, Dyocesis Revaliensis, & correligiosi sui ibidem, nobis & nostris obsequia & familiaritates magnas impenderant* (a), ideo intuitu Dei & suorum meritorum, ac ob remedium animarum nostri, dilectæ Consortis nostræ Blancae, progenitorum nostrorum bonæ memoriæ, ac liberorum nostrorum carissimorum, pro eorum sustentatione *piscaturam salmonum in Helsingaa* (b), Aboensis Dyocesis, cum omni jure nostro regio, inferius & superius, quo nos dictam piscariam possidemus, regendam & tenendam, ex liberalitate regia duximus (c) perpetuis temporibus possidendam, prohibentes sub obtentu gratiæ

nem fuisse donatione Juris Patronatus in Ecclesiam Borgo, Monasterio Padisensi facta, tempore priorem, suspicandam anam præbeant, adeoque ante a. 1351 factam?

(a) Quæ hæc obsequia fuerint, & quando præstita, nos latet. Forte tempore belli Ruslici alterutrius, a Rege gesti, eadem ei exhibuerunt?

(b) In anne nempe (*Wanda*) qui per parociam *Helsing* in Sinum Fennicum illabitur, (prope eum locum ubi urbs *Helsingfors* primo collocata fuit, hodie *Gammelstad*, cfr. *TUNELD Geograph. öfver Sverige*, T. III, p. 437, Edit. 1794), olim fuisse uberem Salmonum piscaturam, constat.

(c) Vox sine dubio corrupta? Forte leg. *donamus*, aut *dedimus*, aut *donandum duximus*?

ciæ (d) firmiter & districte, ne quis Advocatorum nostrorum, eorundem officialium, seu quisquam alius, cujuscunque condicionis ac status existat, prædictum Dominum Abbatem aut ejus Monachos, seu eorum mandatarium in dicta piscaria, contra hanc nostram paginam præsumat impetere vel turbare, prout indignacionem nostram & regiam vitare voluerit ulcionem. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum in Castro nostro Aboensi anno D:ni MCCCL:o Dominica ante Festum beati Erii Regis & Martiris. (D. 16 Maji 1350 (e).

Habetur ibid. Fol. 72, 81, 84.

XXXIII.

*Idem iisdem largitur Jus Patronatus in Ecclesiæ
Borgo suasque Capellas.*

Magnus Dei gracia - - - sempiternam. (ut supra).
Quoniam ea quæ in tempore geruntur, a memoria

(d) Excidisse videtur vox *nostræ*?

(e) Dubiam videri hanc anni notam, in *Annott. ad Chron. Juust.* p. 305, Not. 230, significavimus, & forte legendum esse "anno D:ni MCCCLI:o"? adeo ut hæc literæ datæ sint d. 15 Maji 1351?

moria posterorum sæpius labi ac annullari videntur, nisi litteris & probamentis evidentibus confirmantur, & cum nostra in præfenti deposcit interitio, per quod Deo & Matri suæ sanctæ honor & amoris reverencia, in salutem & remedium animarum nostræ, dilectæ Consortis nostræ Blancæ, Progenitorum nostrorum bonæ memoriæ, ac liberorum nostrorum carissimorum, impendi valeat & auge-ri (a): hinc est quod, *considerantes honorabilis Patris, amici nostri dilecti, Domini Nicolai Abbatis in Pades ac Conventus sui fidelibus serviciis, nobis & omnibus nostris multociens exhibitis & impensis (b), ac exigentibus eorundem Abbatis & Conventus devocionis affecta, quo nos & regnum nostrum profiquitur, favoribus benivolis & paratis, nos prædicto Domino Abbati & ejus in dicto Monasterio successoribus merum (c) Jus Patronatus, quod nobis ad ecclesiam Borgæ Aboensis Dyoecsis ab antiquo compecierat, modo simili quo nos id jus in præfens habueramus, damus & concedimus per præfentes, transferentes in ipsos, per nos & successores nostros, plenam auctoritatem ad eandem*

(a) Facile patet, sententiam hiare, ac verba aliqua deesse?

(b) Adeo de præfatis sibi a Monachis hisce favoris documentis magnifice Rex loquitur, ut non vulgaria fuisse putes; sed hodie nulla vel vestigia apparent.

(c) An plenum?

dem ecclesiam Confratres suos, personas ydoneas, cum & quociens opus fuerit, salvo semper jure Dyocesani ibidem (d) præsentandi, instituendi, ac de præfata ecclesia sicut juris fuerit faciendi. In cujus evidenciam firmiorem secretum nostrum, sigillo nostro non præsentibus, præsentibus est appensum. Datum *Hafesalis* anno D:ni millesimo CCCLI:o Sab-
bato ante Dominicam Passionis. (D. 26 Febr. 1351).

Indid. Fol 72.

XXXIV.

Idem eandem donationem, Episcopi quoque Aboënsis consensu munitam, porro confirmat.

Omnibus præsens scriptum cernentibus *Magnus Dei* gracia - - - sempiternam (ut in superioribus). Cupientes ut religiosi viri Abbas & Fratres Monasterii Pades, Revaliensis Dyocesis, eo liberius & devocius Deo deserviant, quo competencius eis fuerit de vitæ necessariis provifum, *Jus Patronatus & omne aliud quod nobis & Coronæ Regni Sueciæ in ecclesia Borgha & duabus capellis eidem annexis, Aboënsis*
Dyo-
O 2

(d) Episcopale jus supremæ inspectionis &c, cum redditibus Episcopo debitis.

Dyocesis, & ad ea quovis modo competit & compeccerant, dicto Monasterio Pades ac Abbati & Fratribus, qui nunc sunt ibidem vel pro tempore fuerint, donantes dimittimus & in perpetuum assignamus (a); volentes quod idem Abbas & Conventus ecclesiam ipsam cum Capellis, ex nunc pro suis utilitatibus, prout melius voluerint & de jure potuerint, regant, ordinent & disponant. In cujus donacionis evidenciam, sigillum nostrum,

(a) Amplis adeo verbis Rex hanc donationem suam describit, ut possis putare, eum totam parœciam Borgoënsis (quæ illo tempore etiam parœcias hodiernas *Perno & Pyttis, Sibbo* atque *Helsing* complectebatur) feudi jure, cum omnibus vectigalibus fisco regio inde debitis & redundantibus, Monachis Padisensibus concessisse? Sed re diligentius perpensa, non tamen nisi de commodis & redditibus ecclesiasticis agi, cum *ecclesie* facta mentio, tum consensus Episcopi & Capituli sui studiose comparatus indicat; maxime autem inde elucet, quod Rex expresse prohibet ne Monachi *nova & majora onera* a Parochianis exigent, *quam aliis Curatis suis hactenus facere consueverant*; unde, cum Episcopus Aboënsis *Magnus Tavast* jus hoc a Padisensibus postea redimeret, sedique Aboënsi restitueret, de nullis aliis nisi de ecclesiasticis juribus questionem fuisse, reperimus; nec potuerunt facile Episcopi de jure civili Monachis controversiam movere. (Cfr. *Annott. ad Chron. Finst. p. 308 Not. 233*). Quare etiam Rex *Albertus*, donationem Avunculi sui confirmans, dicit eum Monachis dictam Ecclesiam *dedisse canonice regendam*.

nostrum, una cum sigillis venerabilis in Christo Patris Domini *Hemmingi*, Dei gracia Aboensis Episcopi, & Capituli sui, præsentibus sunt appensa. Datum in Sacristia Ecclesiæ Aboensis, anno Domini MCCCL primo, die Veneris ante Festum beati Eri-
ci. (D. 13 Maji 1351).

Indid. Fol. 72, 78, 80, 84, 86.

XXXV.

*Idem Parochianis Borgoënsibus significat, eos Abbati
& Monasterio Pades obsequium, & vestigalia
Curato suo debita, exhibere & præstare
deinceps oportere.*

Magnus Dei gracia Rex Sveciæ, Norvegiæ & Scaniae, dilectis sibi omnibus parrochiam Borgha, cum duabus Capellis sibi annexis, inhabitantibus dilectionem in Domino, gratiam & salutem. Cum nos *Jus Patronatus & aliud quodvis nobis in dicta ecclesia Borgha & Capellis sibi annexis competentes* (competens), religiosis viris Abbati & Conventui ac Monasterio in Pades, Revaliensis Dyocesis, donaverimus ac in perpetuum dimiserimus, prout in aliis nostris litteris super hoc confectis plenius continetur, vobis & vestrum cuilibet præcipimus per præsentem, quatenus ipsis super eisdem juribus curetis,

tis humiliter parere & efficaciter respondere, *provisio quod idem Abbas & Fratres vos ad nova & majora onera non adstringant, quam aliis Curatis vestris hactenus facere consuevistis.* Datum in Sacristia ecclesiae Aboensis, anno MCCCL primo, die Veneris ante Festum beati Erici Regis & Martiris. (D. 13 Maji 1351).

Indid. Fol. 73, 86 fqq.

XXXVI.

Idem iisdem donat Jus Piscandi in amne Helfingensi, quod ad fundum sacerdotalem pertinuit.

Omnibus præsens scriptum cernentibus *Magnus Dei gracia - - - - sempiternam.* (ut supra). Cum nos religiosus viris Domino Nicolao Abbati & domui Monasterii in Pades, ac successoribus suis, Jus Patronatus in Ecclesia Borgha & Capellis sibi annexis, Aboensis Dyocesis, *ad nos de jure & de antiqua consuetudine pertinens,* cum consensu venerabilis Patris & Domini Hemmingi, Divina miseratione Episcopi Aboensis, nec non & Capituli ibidem, (cum) omni jure ad ipsas ab antiquo spectante dimisimus in perpetuum, prout in litteris nostris super hoc alias confectis, clarius continetur; ipsos Fratres Religiosos *ampliore gracia prosequi volumus per hunc modum,*

dum, ita scilicet quod ipsis piscarias ad fundum presbiteralem ibidem pertinentes damus & concedimus perpetuo possidendas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum in Castro Aboensi anno Domini MCCCL primo, Dominica ante festum beati Erici Regis & Martiris, nostro sub sigillo. (D. 15 Maji 1351) (a).

Indid. Fol. 73, 76, 85, 86.

XXXVII.

*Epistola Nicolai Abbatis Padisensis ad Hemmingum
Episcopum Aboensem, pro defendendo jure
Monasterii sui in Ecclesiam
Borgoensem (b).*

Cum

(a) Hanc R. Magni donationem suis postea confirmarunt literis Reges sequentes, cum filius suus *Ericus Magni* (d. Wiborg in vigilia assumptionis b. Virginis a. 1357), tum *Albertus* (Stockh. festo S. Laurentii a. 1371), & *Ericus Pomeranus*, "habito (ut verba jacent) maturo consilio & consensu carissimæ matris nostræ, Domine Margarete, Dei gracia Valdemari Danorum Regis filie, ac dilectorum Consiliariorum nostrorum, tam Prælatorum quam Nobilium regni nostri Sveciæ" (d. Nycopiæ die b. Mariæ Magdalene a. 1399). Quas tamen Literas apponere, necessarium non duximus. Habentur in Registro Ab. Fol. 73, 74.

(b) Missam fuisse *Venerabili in Christo Patri ac Domino Hem-*

Cum reverencia & honore, humili salutacione præhabita. Noscat Vestra Paternitas, nos litteram vestram nobis debita misericordia Domini præsentatam sanius percepisse, in qua nos *ultra quam decet & debuit hucusque de ecclesia Borgha nec non Capellis ibidem nobis donatis sustulisse demandastis (c)*: cum tamen Paternitati vestræ non lateat, quod a Capellano prædictæ ecclesiæ & Capellis præfecto *L Marcæ Sveciæ annuatim nobis perpetue deberent procurari*, ex quibus tamen, Deo teste & propria consciencia, **XXX** marcas Sveciæ tantum sustulimus usque in hunc diem. Cæterum *litteram nobis super beneficio eodem nobis collato (datam) non fore authenticam, & invalidam, ex aliorum forsitan relatu affirmastis (d)*,
de

mingo Episcopo Aboensi, apposita a tergo inscriptio docet; sed eandem postea cum Episcopo etiam Magno fuisse communicatam, sequentia docent verba eidem Epistolæ in Registro Aboënsi præfixa: Reverendo in Christo Patri ac Domino, Domino Magno, Dei gracia Episcopo Aboënsi, Domino nostro utinam gracioso, littera cum reverencia præsentetur.

(c) Aliam causam Episcopo fuisse, quam Abbas dissimulat, consensum suum revocandi, nempe quod conditioni a parte Coronæ non sit satisfactum, sub qua illum dederat (de Canonis nempe in Templo Cathedrali instituenta) infra videbimus.

(d) Mirum est, Episcopum de authentia litterarum, a se suo sigillo munitarum, potuisse dubitare. — Aut igitur male